



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 14. Missionis Apostolicæ a Salisburgensi Archiepiscopo fundatæ initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

Clerici pecunias in eandem caussam Sæc. XVIII.  
adeo liberaliter erogarunt, ut ex his A. C. 1739.  
quadraginta aureorum millium summa  
conflari potuerit, quæ demum per Car-  
dinalem Status Secretarium ad Cæsa-  
ris Aulam transmissa fuit.

§. XIV.

*Missionis Apostolicæ a Salisburgensi  
Archiepiscopo fundatæ initia.*

Crassa equidem Religionis infiditia,  
dissolutæ vitæ amor, & subjectio-  
nis excutiendæ desiderium viginti duo  
millia & amplius ex Salisburgensibus  
rusticis, uti jam retulimus, ad profi-  
tendum plus offerentis sectam impulit,  
& ex sua patria jure expulit: Postquam  
igitur Leopoldus Eleutherius de Fir-  
mian Archiepiscopus & Princeps Sa-  
lisburgensis rebellium horum terras Ca-  
tholicis incolendas dabat, primas eo  
curas convertit, ut omni ope & opera  
novæ ejusmodi defectioni obfisteret: Ad  
tam salutare opus nihil magis oppor-  
tunum & efficax fore existimabat, quam  
si in universa sua Diœcesi sex perpetuas  
Missiones institueret, ac fundaret, &  
præscriptis certis Regulis ac prædio-  
rum limitibus, eas diversorum Ordini-  
num Regularium Viris demandaret: Eo  
fine jam anno hujus saeculi trigesimo  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVI.* X se-

Sæc. XVIII. septimo selegit Patres Benedictinos,  
A. C. 1739. Augustinianos, Capucinos & Fras-  
cianos, quorum cuilibet certa expe-  
ditionis Apostolicæ loca designabat, &  
quidem primo Fratribus Ordinis S. Au-  
gustini pro Salinarum fossoribus Pra-  
fecturam Hallensem, & montem Turn-  
berg destinavit; eisque die decima qua-  
ta Martii sequentes præscripsit Regula

„Cum ea sit hæreticæ obstinatio-  
„nis conditio, ut amputatis ramis illis  
„novi, & aliquando fortiores succe-  
„scere soleant, ne quæ forte in Prä-  
„fectura nostra Hallensi, & in monte  
„Turnberg in latibulis adhuc delitescit  
„hæretica Lues, tractu temporis ite-  
„rum erumpat, novique orientur, quos  
„proh dolor, sumus experti, rogi, con-  
„tinuo nobis providendum est, qua re-  
„tione insidiosi impiorum conatus, po-  
„nitus reprimi possint, ut securi velut  
„ad radicem posita pertinacibus me-  
„diis, pertinax malum ne qua resum-  
„ptis velut viribus augescere possit.  
„Quare cum statuerimus, quod Apo-  
„liceæ Missionis in locis prædictis pos-  
„ultimam Hæreticorum emigrationem  
„per tui Ordinis Fratres laudabiliter  
„exercitum munus omni futura ætate  
„perduret, Paternitati tuæ hisce no-  
„stris clementer, & serio simul injun-  
„gimus,

„gimus, quatenus illud futuris perpe-  
 „tuis temporibus eo modo institua- Sæc. XVIII.  
A. C. 1739.

„tur, ut

„Primo, tribus, qui hactenus de  
 „facultate nostra (Superiore in censum  
 „veniente) in Monte Turnberg tui Or-  
 „dinis fuere Patres, quartum, quem tibi  
 „ibi habere, auctoritate Nostra ordi-  
 „naria hisce nostris permittimus, ad-  
 „jungas, ea verum tamen conditione,  
 „& lege, quod

„Secundo, duo ex eis nobis præ-  
 „sententur ad peragendum in prærelato  
 „districtu Apostolicæ Missionis munus,  
 „vel a summo Pontifice, vel per sacram  
 „Congregationem de Propaganda, seu  
 „ab eo, cui ab hac talis delegabitur  
 „facultas, approbati, necessariisque, ad  
 „Missiones Apostolicas privilegiis in-  
 „structi absque eo, quo tibi integrum  
 „sit, postquam semel fuerint ad missio-  
 „nes nostras delecti, eos amovere, nisi  
 „ubi primi integrum absolverint an-  
 „num, subrogatione subinde ea ratione  
 „facienda, ut unus, vel saltem semper  
 „adsit, qui jam per annum in præmisso  
 „Ordini tuo assignato districtu Millio-  
 „narii exercuerit munus, notos habeat  
 „incolarum, salinarumque fossorum mo-  
 „res, sit in re Missionum practicus, po-  
 „tisque instruere noviter advenientes,  
 „sintque insuper in omne ævum duo

X 2

„Milio-

Sæc. XVIII „Missionarii prædicti quoad ea, q.  
A. C. 1739. „Missionis munus concernunt imme  
diate, & unice nostris, nostrorumq.  
„successorum mandatis: quoad discip  
„nam monasticam vero atque Dom  
„œconomicam directionem tibi, & sup  
„riori eorum subjecti: volumus autem

Tertio, ut mox dictorum Missio  
„narium unica cura sit incessante  
„intra prædictam Hallensem nostram  
„Præfecturam, qua late hæc quo  
„temporalem jurisdictionem, districtum  
„civico inclusa se portendit de loco  
„locum, & si necesse fuerit, etiam  
„Domo ad Domum excurrere, cate  
„chizare, rudes in Doctrina Christiana  
„instruere, dubitantes ad viam veritatis  
„reducere, & in hac confirmare  
„in hæreticos, vel de hæresi suspectos  
„horum Consultores, Fautores, Re  
„ceptatores, librorum Acatholicon  
„detentores, vel Detentorum consciens,  
„& non revelantes eos in Provinciam  
„nostram ferentes, vel intrudentes,  
„eorumque auxiliatores, consciens, seu  
„participes inquirere, hosque, & alios  
„hujusmodi farinæ homines nobis, vel  
„cui per Nos, & Successores nostros  
„demandabitur, sine aliqua Personarum  
„acceptatione, omnique seposito hu  
„mano affectu denunciare, verbum di  
„vinum, & fidei dogmata ubivis, &  
„etiam

„etiam ex Cathedra (sic tamen, ut or- Sæc. XVIII.  
 „dinariorum non disturbentur Eccle- A.C. 1739.  
 „siasticæ functiones) intra ipsis designa-  
 „tam districtum tradere, sic & pœni-  
 „tentiae Sacramentum (sola dempta  
 „Confessione Paschali, si locorum Cu-  
 „riones ultiro non annuerent) Sacro-  
 „sanctam vero Eucharistiam in Ecclesia  
 „Turnberg, alibi vero nonnisi, quam  
 „accedente ipsorum Curionum assensu,  
 „administrare. Item ægris, & mori-  
 „bundis solatium cum auxilio impen-  
 „dere, atque peragere ea omnia, quæ  
 „individuum Missionarii Apostolici exi-  
 „git munus, jure Sepulturæ aliquo  
 „quocumque Parochiali semper, & ubi-  
 „que extra Montem Turnberg excepto.„

„Quarto, teneantur pariter in vi-  
 „tam, & mores non modo subditorum  
 „ipsis quoad Missionis Ministerium com-  
 „missorum, sed & eorum, quibus ipsi  
 „subditi intra designatum Districtum ex-  
 „demandata a Nobis jurisdictione sub-  
 „sunt, sedulo invigilare; datoque de-  
 „fectu Religioni directe, vel indirecte  
 „perniciose, si fraterna admonitio non  
 „tollat, nobis, & successoribus nostris  
 „ad nostras aures deferre, sicut e con-  
 „verso, & nostris demandabimus De-  
 „canis ruralibus perspectum habendi,  
 „an Missionarii ipsi Missionis munus de-  
 bite adimpleant & assequantur ex asse,

X 3

„quid-

Sæc. XVIII. „quidve operentur adversus has nostras  
A. C. 1739. „leges, Nobis defectus, ubi hos si al-

„qui præter spem nostram omnem co-  
„tigerint, fraterna admonitio non di-  
„sipet, debite relaturis.,,

Quinto. „Quapropter præsentabu-  
„tur nobis viri cum scientia, cum  
„vitæ sanctimonia clari, justi, inco-  
„rupti, integri, suaves & insimul  
„veri, graves, sagaces, cum in Po-  
„mica, cum & in his, quæ ad nota-  
„tiam promovendæ hæreticalis inque-  
„sitionis conducunt, bene versati, ne-  
„accipient a subditis quoad Missionis  
„munus eis subjectis eleemosynas pro-  
„Missis, aliave munera, forent licen-  
„esculenta, vel poculenta tantum, ne-  
„valeant egredi ipsis designatum de-  
„strictum a nobis, vel successoribus no-  
„stris prævia non habita licentia, hoc  
„ipsa illis nonnisi gravi de caussa de-  
„neganda.,,

Sexto licet porro Ordini tuo, Apo-  
„stolicæ Missionis munus in prædicta  
„Hallensi Præfectura in Turnberg, & in  
„Civico Hallensi districtu privative com-  
„mittamus, liberum tamen semper  
„Nobis, & successoribus esse volumus  
„alios quoque alterius Religionis vires  
„in districtum prædictum ad tempus  
„mittere Missionarios, de districtu vero  
„alibi etiam, & extra illum ad Missio-

„nes ad tempus pariter ablegare, Mis- Sæc XVII.  
„sione Ordinis tui verumtamen fixa A. C. 1739.  
„semper manente, suoque in robore  
„firma..”

„Noverit proinde Paternitas tua,  
„tuique successores omnes perpetuis  
„futuris temporibus tam salutare no-  
„strum propositum alacriter exequi at-  
„que in partem tam gloriosi laboris vo-  
„cati hæc nostra mandata pro posse  
„explere, quod si vero in adimplendis  
„ex aſſe omnibus præscriptis negligen-  
„tes, incurii ſegnesve fueritis, Om-  
„nipotenti Deo, Nobis, & successoribus  
„noſtris, & Venerabili noſtro Capitulo  
„ſtrictiſſimam rationem reddituros, vos-  
„que noſtram, & horum indignatio-  
„nem incurſuros..”

Præterea Patribus Capucinis Ar-  
chiepiscopus & Princeps pro obeunda  
Mitione assignavit Præfecturam in  
Werffen, Abbenau & Golling &c. eo-  
que fine eis indulſit, ut in hoc oppido  
Sedem stabilem figere poſſent: uti pa-  
tet ex ſequenti ejus diplomate: „Quam-  
vis nos divina favente Clementia ad  
Archiepiscopale ſolium eveſti, a pri-  
ma ioeuntis Regiminis noſtri die an-  
tiquius nihil unquam habuerimus,  
quam Religionis, & Catholicæ fidei  
noſtræ curam, quæ ſemper, & ubi-  
que omni ævo, in omni Imperio, &

X 4                    „apud

Sæc. XVIII. „apud quamcumque gentem præcipu  
A. C. 1739. „fuit, quæque securum est publicæ  
„licitatis pignus, cuius firmamento  
„stant Regna, conservantur Principi  
„tus, continentur subditi, omnigen  
„que boni tutissimum est fulcrum, tan  
„tum tamen abfuit, ut hæresis, hosti  
„eius perniciosissimus, vinceretur, u  
„potius animus meminisse horreat, ipse  
„que refugiat oratio tetricum illud  
„bellum, quod ea propter adversus Nos  
„Catholicam Religionem, & Principi  
„tum ipsum inferre tentarunt ipsime  
„subditi nostri, dum exurgens noville  
„me fatale monstrum ex omnibus pr  
„stinam hæresum concretum, stragen  
„late Sacrorum tota Provincia nostra  
„circumferre, evertere Aras, distru  
„bare Tempa, Principis majestatem  
„in contemptum, hujus mandata in  
„ludibrium, jura omnia divina, & hu  
„mana per inauditum furorem, & ve  
„saniam nefarie, & fædifrage violare  
„parabat, nihil sceleris, nihil doli, ni  
„hil iniuriantis intentatum, & inausum  
„relinquens, ut & plebem reliquam  
„novitatis illecebra corrumperet.  
„Pluribus necesse haud est rem expr  
„mere, quia hæc per se liquet, & lo  
„quantur id satis, & clament tot pa  
„blica acta, tot desuper habitarum In  
„quisitionum volumina; oblii vero haud  
„sumus,

„sumus, qui tunc Sermones hostium, Sæc. XVIII.  
 „qui rumores amicorum forent, cum A. C. 1730.  
 „dicerent palam culpæ majorum nostro-  
 rum incubuisse tamdiu in Provinciam  
 „haeresis infandam pestem Religioni  
 „nostræ in Archiepiscopatu, aut ipsi  
 „Archiepiscopatui, aut utrique pariter  
 „jamjam esse pereundum. Alios nam-  
 „que tantæ molis exterrebatur opus, alios  
 „retardabat exitus plenus periculi, &  
 „aleæ, vel ipsa rei tam ancipitis, &  
 „arduæ fama, alios tenebat attonitos  
 „metu, expectatione suspensos. Vedit  
 „hoc Provincia, imo & Imperium to-  
 tum & vidimus Nos summo Pastoralis  
 „animi nostri mærore, obstruimus ipsa-  
 „met Religione furores, pugnavimus  
 „viribus totis, armis, legibus, edictis,  
 „metu, & poenis. Repulimus viginti  
 „& ultra millia utriusque sexus, qui  
 „non unam fidem sicut unum Princi-  
 „pem, non unum cultum, sicut unum  
 „nomen, non unam Ecclesiam, sicut  
 „unum Baptisma amplecti volebant.  
 „Relegavimus, alios aliis mediis ad  
 „meliorem reduximus frugem, atque  
 „hac demum via retulere superi con-  
 „stantiæ nostræ præmium, stetit Ar-  
 „chiepiscopatus, & vicit, vicit pariter  
 „Ecclesia, & triumphavit, & obtinui-  
 „mus insimul, quod ab annis ultra bi-  
 „scientum humana vis nulla consequi,

X 5

„aut

Sæc. XVIII.

A.C. 1739

„aut industria poterat, quod piorum  
 „omnium vota flagitabant: quod fide-  
 „les omnes a Deo enixe precabantur,  
 „adjuvantibus in id mirifice Cœlestibus  
 „ipsis, qui hoc ipsum Nobis reser-  
 „runt opus. Verum enim vero, quod  
 „ita tamen comprimi non potuerit pe-  
 „stiferum hujus feralis hydræ virus  
 „quin aliqua pars ejus non resideret  
 „adhuc in Provinciæ nostræ visceribus,  
 „atque spiraret rursus immanis hæc  
 „Bellua, licet centum petita vulneribus  
 „centum vinculis constricta sensim ite-  
 „rum gliscens, & ad reliqui perniciem  
 „corporis tacita contagione serpens,  
 „clam invalidura indies, in flamas,  
 „& incendia, si quis ventilabit, etiam  
 „num eruptura, dum alitur dololo  
 „cinere suppositus ignis, nisi tempe-  
 „stive, malo jam nostro edocti, congrua  
 „repagula ponamus, atque obviemus,  
 „appropriatis remediis, antequam mor-  
 „bus rursus æstuare incipiat; non de-  
 „sint nimirum in futurum amplius, quæ  
 „misereantur super Turbam, ne plures  
 „ut hactenus evenit, & meminisse do-  
 „let, dimittantur jejuni, & deficiant  
 „in via, dum Parochis, aliisque loco-  
 „rum Pastoribus in peragendis Sacri-  
 „ficiis, excipiendis Confessionibus, ad-  
 „ministranda sanctissima Eucharistia,  
 „visitandis infirmis, assistendo mori-  
 „bun-

„bundis, aliisque animarum curæ fun- Sæc. XVIII.  
„ctionibus continue, & ex asse irretitis A. C. 1739.  
„non erat, qui parvulis frangeret pa-  
„nem, instrueret ignorantes, flecteret  
„dubios, atque ad Ecclesiæ ovile redu-  
„ceret longe, lateque diffitas oves.  
„Hinc est, quod postquam pro pasto-  
„rali sollicitudine animum, nostrasque  
„de funditus extirpanda hæresi curas  
„in omnem partem diu, multumque  
„versavimus, dumque oculos, & men-  
„tem nostram in priorum Sæculorum  
„momenta penitus defiximus, unum  
„adhuc idque unicum supereesse com-  
„perimus, quod possit ignem hunc se-  
„ris etiam metuendum successoribus,  
„extinguere, perdere & delere, si plura  
„nimurum ex diversis Ordinibus, con-  
„tinua, ut sit, eaque pia inter eos la-  
„borandi in vinea Domini æmulatio,  
„atque in diversis Montium locis, in  
„quibus hæretica lues magis haec tenus  
„infenuit, ut firmissima armamentaria  
„Ecclesiæ fundentur Apostolicornm  
„Missionariorum Hospitia, qui inces-  
„santer excurrendo, & catechizando,  
„rudes instruant, dubitantes inflectant,  
„clam inquirant in suspectos, omnia-  
„que ea peragant, quæ individuum  
„Apostolicæ Missionis munus exposcit.  
„Quapropter cum ad effectum præmis-  
„sum inter alias plures Strenuissimos  
Christi milites dilecti nobis in Christo PP.

„Ca-

Sæc. XVIII. Capucini Venerabilis Ordinis S. Francisci  
A. C. 1739.

„Provinciæ nostræ Salisburgeusis pro  
„Zelo, quo flagrant ad animarum sa  
„lutem operam suam detulerint, statu  
„mus, & ipsos quoque in partem laboris  
„vocare, divinaque freti ope, & con  
„stanti experientia docti, decrevimus  
„in Domino decernimusque ad stab  
„liendam in Diœcesi nostra, maxime  
„intra Montes Orthodoxam Religionem  
„ad profligandas hæreses, atque pro  
„pagandam majorem Dei, sanctæque  
„Matris Ecclesiæ, & Archidiœcesis no  
„stræ gloriam eisdem PP. Capucinis  
„Provinciæ prætæctæ prope Oppidum  
„nostrum in Werffen ad effectum tan  
„tummodo peragendæ Apostolicæ Mis  
„sionis Sedem stabilem figere, atque  
„sub legibus, pactis, & conditionibus  
„infradicendis in perpetuum firmare.

Has vero leges Archiepiscopus ei  
die prima Aprilis Anno 1736. pre  
scriperat.

I. „Tradimus his Patribus ab omni  
„& quocumque onere reali, mixto, seu  
„personalí penitus liberam, & immu  
„nem tantam quantitatem prædii nostri  
„nuncupati Majenfeld hactenus ad gau  
„dendum Præfecto nostro in Werffen  
„concessi, & siti prope, & super Oppi  
„dum prædictum. quæ nimirum Orien  
„tem versus existit, quæque sat sit pro  
„de-

„desuper extruendo Missionis Hospitio, Sæc. XVIII.  
 „& ædificanda parva Ecclesia, atque A. C. 1739.  
 „hortulo jugera scilicet duo circiter,  
 „prout præmium prædictum cum quan-  
 „titate extrahenda, hac undequaque  
 „linea rubra signata ad oculum præbet  
 „delineatio Nobis exhibita præsentibus  
 „nostris annexenda.,,

Secundo. „Curabunt e contra illi  
 „cum tota Provincia, ad permetipso  
 „ultra obliata Benefactorum eorum lar-  
 gitionibus ipsam Domum Missionis de-  
 „super ædificari, quatuor Patrum Mis-  
 „sionariorum atque unius Fratris Laici  
 „habitationi congruam, & aptam, ad-  
 „ditis duobus cubiculis Hospitibus, seu  
 „Patri Provinciali usui futuris, præter  
 „Refectoriolum, culinam cum pœnu,  
 „cellam vinariam, & aliud cubile Bi-  
 „bliothecæ inserviturum, cumque hor-  
 „tulo ad necessitatem, & usum Culinæ,  
 „in ampliorem vero formam ædificium  
 „nec extrahi, nec redigi possit, quo-  
 „rum insuper Benefactorum donis, &  
 „sumptibus surget pariter facellum, seu  
 „parva Ecclesia, tribus ad summum  
 „Altaribus extracta Beatæ Virgini  
 „Mariæ Auxiliatrici dicanda.,,

Tertio. „Missionariorum numerus  
 „sit semper & in ævum quartus, Mis-  
 sionis Superiore, quem Pater Pro-  
 vincialis semper designabit, in cen-  
 „sum

Sæc. XVIII. „sum simul veniente, uno Fratre laic  
 A. C. 1739. „insuper addito, qui numerus sine es  
 „presso nostro, vel Successorum & Ve  
 „nerabilis nostri Capituli consensu nul  
 „lis unquam temporibus augeri, ne  
 „minui possit. „

Quarto. „Providebunt portio Mon  
 „steria de Salzburg, & Radstat, sive  
 „ipse Pater Provincialis, & Provinci  
 „Missionariis prædictis de congrua su  
 „stentatione, tum & de suppellec*t*i  
 „aliisque necessariis ad usum Sacelli,  
 „sic, ut nec Nobis, Provinciæ nostræ  
 „vel & subditis ipsis de districtu Millio  
 „nis Capucinorum fiant onerosi, lignis  
 „ab igne tantummodo demptis, que  
 „Nos, & Successores Nostri, perpetuis  
 „futuris temporibus ad usum, & necel  
 „sitatem Missionis Domus suppeditari  
 „mandabimus. „

Quinto. „Designabimus ipsis ad per  
 „agendum Apostolicæ Missionis officium  
 „totam Præfecturam Werffensem, cum  
 „adjacenti Prætura in Bischoffhoven,  
 „Præfecturam in Abbenau cum illa  
 „de Gollingqua: hæ omnes late patent  
 „quoad temporalement per nos eorum  
 „Præfectis delegatam jurisdictionem. „

Sexto. „Quia vero Missionarii ipso  
 „tam latum, longeque dissitum distri  
 „ctum peragrare haud possent, si ex  
 „currentes necessariis ad se alendos  
 „pecu-

„pecuniis non fuerint instructi, hinc Sæc. XVIII.  
 „assignamus memoratæ Domui Missio-  
 „nis annuos florenos centum ex Capi-  
 „tali statibus Provinciæ a secreta de-  
 „putatione Nostra ex multis hæreticis,  
 „vel de hæresi suspectis hactenus in-  
 „dictis conflato, & ad quincunces usu-  
 „ras cum omnimoda immunitate ab  
 „omni decimatione, steura aliove ex-  
 „cogitabili onere reali aut personali elo-  
 „cato, volentes insuper, & mandan-  
 „tes, utquæ hactenus per inquisitiones  
 „per Capuccinorum Missiones factas in  
 „Præfecturis Werffen, & Radstat, tum  
 „& in Præfecturas Wagrain indictæ fue-  
 „runt, nondum tamen exactæ, vel ad  
 „Cassam Missionis transmissæ, aut quæ  
 „in futurum dictabuntur pecuniariæ  
 „pœnæ adversus subditos Missioni eo-  
 „rum commissos, per præfatam secretam  
 „deputationem nostram separentur,  
 „denturque successive in ceosum, ut  
 „supra, eum præcise in finem, ut Do-  
 „mui Missionis prædictæ ad usum & ef-  
 „fectum, de quibus præmissum est anni  
 „floreni biscenti ex decurrentis usuris  
 „valeant titulo Eleemosynæ persolvi,  
 „ubi temporis tractu mox memoratæ  
 „indictæ, & non exactæ, vel indicendæ  
 „in futurum multæ aliud Capitale flo-  
 „renorum bis mille conflabunt.,,

Septi-

Sæc. XVIII. Septimo. „Quod vero ipsosmet PP.  
A. C. 1739. „Missionarios attinet, præsentabuntur  
 „Nobis semper tum nunc, tum & su-  
 „cessivis temporibus designandi a Patria  
 „Provinciali eorum, ubi vero ad Mi-  
 „siones nostras fuerint ab hoc semel de-  
 „lecti, allegatique, & a Nobis recepti  
 „& approbati, integrum illi haud fi-  
 „, eos aliter amovere, & avocare, quam  
 „& servato ordine, & forma, ut ve-  
 „, unus saltem semper adsit, qui jam pa-  
 „, integrum biennium Missionarii in Dom-  
 „, prædicta Werffen exercuerit munus  
 „, habentes subditorum perspectos mo-  
 „, res, sitque in re Missionum versatus  
 „, & valeat instruere noviter advenien-  
 „, tes..,

Octavo. „Erunt autem isti cum ipsa  
 „Domo Missionis quoad ea, quæ Mi-  
 „sionis munus concernunt, in omni  
 „ævum immediate & unice nostris,  
 „Nostrorumque Successorum mandatis  
 „subjecti, directione ejus tamen, & Vi-  
 „sitatione P. Provincialis illæsa, & in-  
 „tacta relicta, in ceteris autem nobis  
 „& Successoribus nostris sine ulla con-  
 „tradictione præstabunt, & adimple-  
 „bunt, ea omnia, ad quæ Regulares  
 „exempti juxta præscriptum sacri Con-  
 „cilii Tridentini, nostrarumque Con-  
 „stitutionum Synodalium, & Provin-  
 „cialium, & Ordinariis locorum alias  
 „, tene-

„tenentur, salva proinde in hac Mis- Sæc. XVIII.  
„sionis Domo, & Missionarios ibidem A. C. 1739.  
„existentes Diæcesana, & Ordinaria  
„nostra jurisdictione jure Principatus  
„Terræ, & Advocatiæ, sic tamen ut  
„Nobis, & Successoribus Nostris dun-  
„taxat unice, & immediate, uti præ-  
„missum est, remaneant semper, etiam  
„quoad ista, subjecti..”

Nono. „Missionariorum officium,  
„finis atque præcipua, imo unica cura  
„sit, per Præfecturas, ut dictum est,  
„ipsis designatas incessanter de loco ad  
„locum, & si necesse visum fuerit de  
„Domo ad Domum excurrendo, & ca-  
„techizando, Missionibus continuo va-  
„care, rudes in Doctrina Christiana  
„instruere, dubitantes in veritate nostræ  
„Fidei confirmare, in hæreticos, vel  
„de hæresi suspectos, horum Consulto-  
„res, Fautores, Receptatores, librorum  
„Acatholicorum detentores, vel deten-  
„torum consciens, & non revelantes,  
„eos in Provinciam ferentes, & intru-  
„dentes, eorumque auxiliatores, con-  
„scios, & participes inquirere, atque  
„denuntiare, Verbum Divinum, & Fi-  
„dei dogmata ubivis, & etiam ex Ca-  
„thedra (sic tamen, ne Ordinariorum  
„disturbentur Ecclesiasticæ functiones)  
„intra ipsis designatum districtum tra-  
„dere licet pœnitentiæ Sacramentum  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVI.* Y (sola

Sæc. XVIII. „sola dempta confessione Paschali si lo  
 A. C. 1739. „corum Curiones ultra non annuant  
„Sacrosanctam vero Eucharistiam in  
„proprio, vel tantum Missionis Sacello,  
„alibi vero nonnisi, quam accedent  
„ipsorum Curionum consensu admini  
„strar, item ægris, & moribundis fo  
„latium cum auxilio impendere, alia  
„que peragere omnia, quæ individuum  
„Missionarii Apostolici munus exigunt  
„jure Sepulturæ, aliove quocumque  
„Parochiali semper excepto..”

Decimo. „Et quia de Religione bene  
 „sperari non potest, si ii, qui Magistrat  
 „tum Ecclesiasticum, vel Civilem sunt  
 „affectuti, moribus scandalosi sint, au  
 „vitiis publice turpes, eapropter te  
 „neantur pariter in vitam, & mores  
 „non modo subditorum ipsis quoad Mi  
 „sionis Ministerium commissorum, sed  
 „& eorum, quibus ipsi subditi intra  
 „designatum districtum per demanda  
 „tam a nobis jurisdictionem subsunt, se  
 „dulo invigilare, datoque defectu Re  
 „ligioni directe, vel indirecte perniciose  
 „si fraterna admonitio non tollat. No  
 „bis, & Successoribus nostris ad pro  
 „prias manus referre, ea ipsa ratione,  
 „qua e converso nostris Decanis Rura  
 „libus serio demandabimus, perspectum  
 „habendi, an Missionarii ipsi Missionis  
 „muneri debite incumbant, hocque

„ad

„adimpleant ex asse, quidve adversus Sæc. XVIII.  
 „has nostras leges, conditiones, & pacta A. C. 1739.  
 „operentur. quodsi præter speim om-  
 „nem nostram daretur, eos ad adim-  
 „plendum, & his legibus parendum  
 „fraterne moneant, ubi vero nec hac  
 „via defectus tollantur, & hos' similiter  
 „nobis habeant referre, præcipue vero  
 „curabunt ipsi Missionarii, ut Ecclesia-  
 „sticus, & Civilis Magistratus concor-  
 „des vivant, utpote qui cum non sint  
 „duo distincta corpora, sed unius cor-  
 „poris distincta membra sicut concordia  
 „eorum totius Reipublicæ unica est An-  
 „chora, qua sublata fluctuant omnia &  
 „Religionis contemptus oritur, sic ea  
 „servata tuto firmat, & immotam se-  
 „curitatem promittit. „

Undecimo. „Ablegabuntur eapro-  
 „pter a Patre Provinciali, & Nobis præ-  
 „sentabuntur viri tum scientia, tum &  
 „Sanctimonia vitæ clari, simplicitatem  
 „cum astutia commixtam habentes,  
 „cordati, sagaces, graves & prudentes  
 „in Polemica, & in his, quæ sunt ad  
 „bene formandam hæreticæ pravitatis  
 „Inquisitionem sufficienter versati, ro-  
 „busti, atque gravissimis Missionis labo-  
 „ribus sustinendis idonei, & apti, qui-  
 „que esse debeant, vel a sancta Sede  
 „Apostolica, vel a Sacra Congregatione  
 „de Propaganda Fide approbati, id est

Y 2

„ne-

Sæc. XVIII. „necessariis ad Missiones Apostolicas  
A. C. 1739. „peragendas Privilegiis instructi.“

Duodecimo. „Ut vero penitus  
„subditis Ministerio eorum committantur  
„sint independentes, vetitum sit Missionariorum  
„nariis pro celebratione Missarum Eleemosynam  
„ab illis accipere, possint vero  
„a Curatis, & Decurionibus locorum  
„si hi illis dare velint, & abstinebantur  
„insuper ab omni quæstu, seu collatione  
„etura in prædicto ipsis designato  
„strictu (hac integra, illis, qui hactenus  
„nus eis in locis ea gavisi sunt, per  
„tus remanente) contenti in Dominis  
„esculentis, & poculentis illis, quibus  
„pii largitores ad Hospitii januam ultra  
„liberaliter, & charitatively detulerint  
„& pro quibus, si ita visum fuerit, si  
„crificia peragere possint: signanter autem  
„tem cavebunt ab omnibus commerciis  
„tionibus cum illis de sæpe disto eis  
„designato districtu.

Decimo tertio. „Fas insuper saepe  
„relatis Missionariis haud sit eis debi-  
„gnatum egredi districtum a Nobis, ve-  
„Successoribus nostris prævia non ob-  
„tentia licentia, quam tamen nonni-  
„ob gravem caussam eis sumus dene-  
„gaturi.“

Decimo quarto. „Liberum e contra-  
„sit semper Nobis, & Successoribus no-  
„stris, et si erigenda Domus Apostolice  
„Mis-

„Missionis finem principaliter præseferat, Sæc. XVIII.  
„alios etiam cujuscumque Religionis, A. C. 1739.  
„vel Ordinis in districtum Missionis Cap-  
„puccinorum designatum ad Missiones  
„mittere, ipsos autem Missionarios Cap-  
„puccinos alibi ad Missiones (ad tem-  
„pus tamen) alegare, fundatione Do-  
„mus semper salva, suoque in robore  
„semper firma „

Decimo quinto. „Quod si vero Cap-  
„puccinorum Religio, Domus hæc Mis-  
„sionis, seu Missionarii futuris perpetuis  
„temporibus, adversus prædictas leges,  
„pacta, & conditiones, quidque per re-  
„curlum, sive dispensationem, Privi-  
„legia, per latas, vel ferentes in con-  
„trarium Sanctiones, seu & demum  
„per aliam quamcumque viam excogi-  
„tabilem de modo, de facto, vel de  
„jure attentare: salubremve intentio-  
„nem hanc nostram, quæ est, ut peni-  
„tus e Provincia nostra eliminentur  
„hærefes, inverttere, modificare, vel  
„aliter huic quoquo demum modo de-  
„rogare præsumpserint, neverint illa,  
„& isti Omnipotenti Deo, Nobis, Suc-  
„cessoribus, & Venerabili Capitulo  
„nostro strictissimam rationem reddituri,  
„seque indignationem nostram, Suc-  
„cessorum nostrum, & præfati Venera-  
„bilis Capituli incursuros, sine quorum,  
„& hujus expresso consensu, præmissis

Y 3 „legi-

Sæc. XVIII.  
A.C. 1739.

„legibus, pactis, & conditionibus nem  
„quacumque etiam auctoritate fulget  
„unquam poterit derogare: Siquidem  
„derogationem aliquam, modificationem  
„nem, vel commutationem hujus m  
„stræ piæ intentionis non impetrandi  
„aut aliter per se, vel alios quidqua  
„in contrarium non attentandi, que  
„potius vero prædicta omnia & singula  
„perpetuis futuris temporibus pro posse  
„eorum fideliter, & jugiter adiu  
„plendi, saepe memoratos Pater Pro  
„vincialis, & Definitores proprio con  
„rum, Successorum, & totius Provinc  
„ciæ nomine datis in id & Nobis en  
„tractis Reversalibus solemniter, bona  
„que Fide expromiserunt..”

Insuper iisdem Patribus Cappuccini  
nis in Radstattensi Monasterio agentibus  
totam hujus nominis Præfecturam affi  
gnavit, & die decima quarta Martii  
Anno 1737. missis ad eos literis ha  
præscripsit leges :

„Ferventibus votis in id unice in  
„tendentes, ut hoste nostro (hæretico  
„Seditiosos subditos nostros intelligi  
„mus) Deo opitulante jam fugato, ut  
„deleatur penitus, ne intrent, ut per  
„horrescimus, post discessionem nostram  
„novi lupi rapaces gregi non parcentes  
„neve hæresis, herculea veluti hydra  
„utique cum majore Religionis, &  
„Rv”

XXXII  
 nemo  
 fulgeat  
 quidem  
 ficationis  
 ius no  
 translat  
 idquod  
 , qui  
 singula  
 ro pos  
 adim  
 er Pro  
 rior  
 Provin  
 cis er  
 , bont  
 ppuc  
 entibus  
 am all  
 Mart  
 is ha  
 nica in  
 reticos  
 intellig  
 ato, la  
 ut per  
 oistran  
 centes  
 hydri  
 s, et  
 "Re  
 „Regionis nostræ periculo, damnis- Sæc. XVIII.  
 „que continuo repullulet, novasque A.C. 1739.  
 „identidem vires resumere attentet,  
 „auctoritate nostra Archiepiscopali, &  
 „Principali clementer, & insimul serio  
 „Paternitati tuæ committimus, quate-  
 „nus, quæ post ultimam hæreticorum  
 „emigrationem in Præfectura nostra  
 „Radstadiensi per Patres Ordinis tui  
 „sancti Francisci Capuccinorum tam  
 „laudabiliter, tantoque animarum fructu  
 „inceptæ, & prosecutæ fuere, Cate-  
 „cheses, & excursions sic instituas,  
 „ut omni futura ætate perdurent. Vo-  
 „lumus siquidem, & tibi, atque suc-  
 „cessoribus tuis, hisce nostris expresse  
 „injungimus, quod cum Monasterium  
 „Capuccinorum in Radstatt a Præ-  
 „decessoribus nostris ad repellendas hæ-  
 „refes principaliter fuisse fundatum  
 „dignoscatur, duo semper in eo sub-  
 „sistant ad peragendum Apostolicæ Mis-  
 „sionis munus in Præfectura mox dicta  
 „idonei, & apti: erunt vero illi,

Primo, „Vel a summo Pontifice, vel  
 „a sacra Congregatione de Propaganda,  
 „seu ab eo, cui talis delegabitur facul-  
 „tas, approbati necessariisque ad Mis-  
 „siones Apostolicas Privilegiis instructi,  
 „nec sibi vel successoribus tuis integrum  
 „erit, postquam illi semel fuerint ad  
 „Missiones nostras delecti, eos amovere,

Y 4

„nisi,



Sæc. XVIII. „nisi, ubi primi integrum absolvere:  
A. C. 1739 „annum. Subrogatione, & præfe-  
„tatione subinde, atque successivis per  
„petuis temporibus ea ratione facienda,  
„ut unus, vel saltem adfit, qui jam per  
„annum in præmisso Ordini tuo assignato  
„districtu Missionarii exercuerit munus  
„notos habeat subditorum, & Incola-  
„rum mores, sit in re Missionum pra-  
„cticus, potensque instruere noviter ad  
„venientes, & quæs pro tempore Mi-  
„sionarios, quoad ea, quæ Missionis mu-  
„nus concernunt, immediate, & unica-  
„nostris, nostrorumque Successorunt  
„mandatis: quoad disciplinam Mono-  
„sticam vero sibi, & Guardiano eo-  
„rum volumus, & sinimus esse sub-  
„jectos. „

Secundo. „Horum Missionariorum  
„porro unica cura erit, incessanter in-  
„tra prædictum Radstadiensis Präfe-  
„cturæ districtum, de loco ad locum,  
„& si necesse fuerit, etiam de Domo  
„ad Domum excurrendo, Missionis  
„Apostolicæ munus alacriter explere,  
„catechizando rudes, in Doctrina Chi-  
„stiana instruendo, reducendo Dubi-  
„tantes ad viam veritatis, hosque in hac  
„confirmando, in hæreticos, seu de-  
„hæresi suspectos horumque Consulto-  
„res, Fautores, Receptatores, libro-  
„rum Acatholicorum detentores, vel  
„De-

„Detentorum conscos, & non reve- Sæc. XVIII.  
„lantes, eos in Provinciam nostram fe- A. C. 1739.  
„rentes, seu intrudentes, horumque  
„auxiliatores, conscos, seu participes,  
„inquirendo, hosque, & alios hujus-  
„modi farinæ homines nobis, vel cui  
„per Nos & Successores nostros deman-  
„dabitur sine aliqua personarum ac-  
„ceptione, omnique seposito humano  
„affectu, denunciando, verbum Divi-  
„num & Fidei Dogmata ubivis, &  
„etiam ex Cathedra (sic attamen ut  
„Ordinariorum non disturbentur Eccle-  
„siaisticæ Functiones) intra ipsis de-  
„signatum præmissum districtum tra-  
„dendo, sic & Pœnitentiæ Sacramen-  
„tum (sola dempta confessione Paschali,  
„si locorum curiones ultro non annue-  
„rent) Sacrosanctam vero Eucharistiam  
„nonnisi, quam in propria eorum Mo-  
„nasterii Ecclesia, vel alibi habito in  
„id prædictorum Curionum assensu ad-  
„ministrando, ægris, & moribundis  
„solatium cum auxilio impendendo,  
„atque ea omnia demum peragendo,  
„quæ individuum Missionarii Apostolici  
„exigit munus, jure Septulturæ, alio-  
„que quocumque Parochali semper &  
„ubique Ordinariis locorum reservato.”

Tertio. „Volumus insuper, quod  
„ipsi Missionarii in vitam, & mores non  
„modo subditorum ipsis intra prædictæ

Sæc. XVIII. „Præfecturæ fines quoad Missionis Mi-  
 A. C. 1739. „nisterium commissorum, sed & eorum,  
quibus ipsi subditi ex delegata nostra  
 jurisdictione subsunt, sedulo invigilare teneantur, datoque defectu Re-  
 ligioni directe, & indirecte perniciose  
 si fraterna admonitio non tollat, Nobis, & Successoribus nostris ad prias aures deferre, ea ipsa ratione  
 qua e contra nostris demandabimus  
 Decanis ruralibus perspectum habendi  
 an Missionarii ipsi Missionis munus debite adimpleant, & assequantur ei  
 asse, quidve operentur adversus haec  
 nostra mandata, nobis defectus, ubi hos, si aliqui præter spem nostram  
 omnem contigerint, fraterna admonitio non dissipet, debite relaturis.“

Quarto. „Quare præsentabuntur semper viri cum Scientia tum & vitæ San-  
 ctimonia clari, justi, incorrupti, integri, suaves, & in simul severi, gra-  
 ves, sagaces, tam in Polemica, quam in iis, quæ ad promovendam hæreti-  
 calem inquisitionem conducunt, bene-  
 versati: Nec accipient illi a subditis  
 quoad Missionis munus eis subiectis  
 eleemosynas pro Missis, aliave mu-  
 nera, forent licet esculenta, pocu-  
 lenta; multo minus adhuc collectu-  
 ras, seu quæstuas instituent, his, &  
 illis ceteris de Monasterio Patribus“

„ut hactenus habuerunt, illæsis reten- Sæc. XVIII.  
 „tis, qui Missionarii insuper perdurante A. C. 1739.  
 „Ministerii eorum prædefinito tempore  
 „Radstatiensem Præfecturam egredi  
 „non poterunt a nobis, vel Successo-  
 „ribus nostris non præhabita licentia,  
 „eis verumtamen nonnisi gravi de-  
 „caufsa deneganda. ,,

Quinto. „Licet autem ordini tuo  
 „Apostolicæ Missionis munus in præ-  
 „dicta Radstadiensi Præfectura priva-  
 „tive committamus; liberum tamen  
 „Nobis, & Successoribus nostris esse  
 „volumus, alios quoque alterius Re-  
 „ligionis viros in Radstadiensem di-  
 „strictum ad tempus mittere, Missio-  
 „narios de Districtu vero alibi etiam,  
 „& extra illum ad Missiones, pariter  
 „tamen ad tempus, alegare, Missione  
 „pro Patribus tui ordinis verumtamen  
 „in Radstadiensi districtu harum tenore  
 „semper fixa, & in suo robore firma  
 „manente. ,,

„Curabit proinde Paternitas tua,  
 „tuique successores omnes, perpetuis  
 „futuris temporibus, ut tam salutare  
 „nostrum propositum alacriter exequan-  
 „tur, utque in partem Pastoralis nostræ  
 „sollicitudinis vocati rite, & jugiter  
 „expleant hæc nostra mandata: Quod  
 „si in adimplendis ex aße omnibus præ-  
 „scriptis negligentes, incurii, segnesve  
 „fue-

Sæc. XVIII „fueritis, Omnipotenti Deo, Nobis Socio,  
A. C. 1739 „cessoribus nostris, atque venerabilibus  
 „Capitulo nostro districtam reddituros  
 „rationem, vosque nostram, horum  
 „que indignationem noveritis incur-  
 „suros.,

Cum autem præfati Patres Capucini pariter Monasterium in Dambsweg vallis Lungaviæ ad fines Carinthiæ possedissent, ideo Archiepiscoput eis hæc loca, totamque Præfecturam Mosheimensem pro Sacra expeditione demandavit, missa ad eorum P. Provincialem sequenti epistola:

„Noverit Paternitas tua, quam ve-  
 „sana, proterva, & hæretica pravitas  
 „caput suum in hac Provincia nostra  
 „ita pridem extulerit, quamque insanis  
 „conatibus abjecta prorsus fronte, emo-  
 „taque mente contra ipsam Principa-  
 „lem dignitatem nostram damnabiliter  
 „insurgere non dubitaverit, & noverit  
 „quoque, quanto Pastoralis animi no-  
 „stro dolore palam jam grassanti ha-  
 „resi armata etiamnum vi obsistere  
 „fuerimus coacti; viginti, & ultra  
 „e Provincia pulsis millibus, Lutheri,  
 „aliorumque hærefiarcharum colluvie,  
 „peste simul, & exitio involutis. Quia  
 „vero statuimus firmissime toto virium  
 „nisu hostem adhuc latitantem tam-  
 „diu persequi, donec, quod Prede-  
 „cesso-

Sæc. XVIII.  
A.C. 1739.

„cessores nostri voluere semper, potuere  
 „nunquam, extrema internectione per  
 „Dei gratiam penitus extinxerimus,  
 „hinc de tua sollicitudine, vigilantia,  
 „& cura concreditas nostras oviculas  
 „sub unius Pastoris ovili jugiter conti-  
 „nendi clementer confisi, cumque Ca-  
 „puccinorum Monasterium in Oppido  
 „nostro Dambsweg a Prædecessoribus  
 „nostris ad arcendam a Religione nostra  
 „hæresis luem principaliter fundatum  
 „esse dignoscatur, & Patres hujus in  
 „participium tam gloriofi operis vocare,  
 „eisdemque perpetuum Apostolicæ Mis-  
 „sionis munus in Præfectura nostra Lun-  
 „gavia, qua hæc late quoad tempora-  
 „lem jurisdictionem patet, clementis-  
 „sime committere, tenore præsentium  
 „decrevimus..”

Postmodum præfata die & anno pro  
 obeunda hac Missione sequentia præ-  
 scripsit statuta.

„Volumus, ac serio mandamus, qua-  
 „tenus I. duo nobis præsententur Pa-  
 „tres de Familia Monasterii in Dams-  
 „weg ad præfatum Apostolicæ Mis-  
 „sionis Ministerium rite obeundum idonei,  
 „& apti, vel a summo Pontifice, vel  
 „a Sacra Congregatione de Propagan-  
 „da, seu ab eo, cui ab hac talis dele-  
 „gabitur facultas, approbati, necessa-  
 „riisque ad Millions Apostolicas privi-  
 „legiis

Sæc. XVIII.  
A. C. 1739.

, legiis instructi, nec tibi, successori,  
 „busque tuis integrum sit, postquam  
 „il i semel fuerint ad Missiones nostras  
 „delecti, eos amovere, nisi ubi primi  
 „integrum absolverint annum, subroga-  
 „tione & præsentatione subinde, atque  
 „successivis perpetuis temporibus ea  
 „ratione facienda, ut unus, vel saltem  
 „adsit, qui jam per annum in præmilio  
 „Ordini tuo assignato districtu Missionarii  
 „exercuerit munus, notos habeat sub-  
 „ditorum, & Incolarum mores, sit in  
 „re Missionum practicus, potensque in-  
 „struere noviter advenientes, & quos  
 „pro tempore Missionarios quoad ea  
 „quæ Missionis munus concernunt, im-  
 „mediate, & unice nostris, nostrorum  
 „que Successorum mandatis, quoad di-  
 „sciplinam monasticam vero tibi, &  
 „Guardiano eorum volumus, & sibi  
 „mus esse subjectos.,,

Secundo. „Horum Missionariorum  
 „porro unica cura erit incessanter intra  
 „prædictum Lungavienis Præfecture  
 „districtum de loco ad locum, & si ne-  
 „cesserit, etiam de Domo ad Do-  
 „mum excurrendo, Missionis Aposto-  
 „licæ munus alacriter explere catechi-  
 „zando, rudes in Doctrina Christiana  
 „instruendo, reducendo dubitantes ad  
 „viam veritatis, hosque in hac confir-  
 „mando, in hæreticos, seu de hæreti-  
 „co.

„suspectos horumque consultores, fau- Sæc. XVIII.  
„tores, receptatores, librorum Aca- A. C. 1739.  
„tholicorum detentores, vel detento-  
rum consciens, & non revelantes, eos  
„in Provinciam nostram ferentes, seu  
„intrudentes, horumque auxiliatores,  
„conscios, seu participes inquirendo,  
„hosque, & alios hujusmodi farinæ  
„homines, Nobis, vel cui per Nos, &  
„Successores nostros demandabitur, sine  
„aliqua Personarum acceptatione, om-  
„nique seposito humano affectu, denun-  
„ciando, verbum Divinum, & Fidei  
„dogmata ubivis, & etiam ex Cathe-  
„dra (sic attamen, ut Ordinariorum  
„non disturbentur Ecclesiasticæ functio-  
„nes) intra ipsis designatum præmis-  
„sum districtum tradendo sic, & pœni-  
„tentiae Sacramentum, (sola dempta  
„Confessione Paschali, si locorum Cu-  
„riones ultro (non annuerent) Sacro-  
„sanctam vero Eucharistiam, nonnisi,  
„in propria eorum Monasterii Ecclesia,  
„vel alibi, habito in id prædictorum  
„Curionum assensu, administrando,  
„ægris, & moribundis solatium cum  
„auxilio impendendo, atque ea omnia  
„demum peragendo, quæ individuum  
„Missionarii Apostolici exigit munus,  
„jure Sepulturæ, alioque quocumque  
„Parochiali semper, & ubique Ordina-  
„riis locorum reservato.,,

Ter-

Sæc. XVIII. Tertio. „Volumus insuper, quo  
A.C. 1739. „ipſi Missionarii in vitam, & mores no-

„modo subditorum ipſis intra prædicta  
„Lungaviæ fines quoad Missionis Min-  
„ſterium commiſſorum, sed & eorum  
„quibus ipſi subditi ex delegata noſtri  
„jurisdictione ſubſunt, ſedulo invigila-  
„teneantur, datoque defectu Religionis  
„direcťe, vel indirecťe pernicioſo,  
„fraterna admonitio non tollat, Nobis  
„& Successoribus noſtriſ ad proprias  
„aures deferre; ea ipſa ratione, qua  
„e contra noſtriſ demandabimus Deca-  
„nis ruralibus perſpectum habendi, at  
„Missionarii ipſi Missionis munus debite  
„adimpiant, & assequantur ex aſſe  
„quidve operentur adverſus hæc noſtriſ  
„mandata, Nobis defectus, ubi hoſtia  
„ſi aliqui præter ſpem noſtrā omnem  
„contigerint, fraterna admonitio non  
„dissipet, debite relaturis..”

Quarto. „Quare præſentabuntur  
„ſemper viri cum ſcientia, tum &  
„vitæ Sanctimonia clari, iuſti, incor-  
„rupti, integri, ſuaves, & iuſtimiſi-  
„veri, graves, fagaces, tam in Pole-  
„mica, quam in iis, quæ ad promoven-  
„dam hæreticalem inquisitionem con-  
„ducunt, bene verſati; nec accipient  
„illi a subditis quoad Missionis munus  
„eis ſubjectis Eleemosynas pro Missis,  
„aliave munera, forent licet eſculenta,

&amp;

„& poculenta, multo minus adhuc col- Sæc. XVIII.  
 „lecturas, seu quæstusas instituent, his, A. C. 1739.  
 „& illis ceteris de Monasterio Patribus,  
 „ut hactenus habuerunt, illæsis reten-  
 „tis, qui Missionarii insuper perdurante  
 „Ministerii eorum prædefinito tempore  
 „Lungaviensem Præfecturam egredi  
 „non poterunt a Nobis, & Successori-  
 „bus nostris non præhabitalicentia, eis  
 „verumtamen nonnisi gravi de caufa  
 „deneganda. „

Quinto. „Licet autem Ordini tuo  
 „Apostolicæ Missionis munus in præ-  
 „dicta Lungaviensi Præfectura priva-  
 „tive committamus, liberum tamen  
 „Nobis, & Successoribus nostris esse  
 „volumus, alios quoque alterius Reli-  
 „gionis viros in Lungaviensem distri-  
 „ctum ad tempus mittere, Missiona-  
 „rios de districtu vero alibi etiam, &  
 „extra illum ad Missiones pariter, ta-  
 „men ad tempus, ablegare, Missionem  
 „pro Patribus tui Ordinis verumtamen  
 „in Lungavia prædicta, harum tenore  
 „semper fixa, & in suo robore firma  
 „manente. „

Cum autem Patres Benedictini Sa-  
 lisburgensem Diaœcesin non modo va-  
 lissimæ eruditionis laude, sed præcipue  
 virtutum exemplis & zeli Apostolici  
 fulgore per plurima sæcula illustrarent,  
 ac ipsimet se nunc ad obeundas has  
 Hist. Eccles. Tom. LXXVI. Z Mis-

**Sæc. XVIII.** Missiones ultro offerrent, hinc Archi-  
A. C. 1739. episcopus illos ad plantandam, conser-  
vandumque fidem Catholicam natu-  
promeritis encomiis celebravit, eisque  
in Abbatia Schwartzachiensi agentibus  
Præfecturas ad S. Joannem Wagrain  
Grosarl, Gastein, Goldegg, & ad S. Ve-  
tum assignavit, die octava Decembri  
anno hujus saeculi trigesimo sexto mil-  
lis ad eos hisce literis:

„Quamquam, ex quo ad Archiepi-  
scopalis, & principalis celstudinis cul-  
men supremi Numinis benignitate fu-  
mus evocati, ac quasi in sublimi spe-  
cula positi, unde per circumspectan-  
follicitudinis nostræ vigilantiam, &  
imminentia prospiceremus pericula &  
ad eadem mature depellenda, ac dif-  
sipanda de opportunis remedii pro-  
videremus, id præprimis Paternæ No-  
bis curæ esse voluerimus, ut qui in  
commissa Nobis Archidiæcesi Domini  
vice fungimur, ejusdem non tantum  
ipsi mandata, quantum Deo largiente  
possimus sedulo expleremus, verum  
& ad id faciendum subditos nostros  
verbis & exemplis assidue cohortare  
mur, ac concreditas Nobis Oviculas  
sub unius Pastoris Ovili jugiter con-  
tinueremus, & pabulo salutaris doctrinae  
veræque Fidei incessanter reficeremus:  
majori tamen animi impulsu illuc ur-  
gen-

geri credimus, totamque mentis no- Sæc. XVIII.  
stræ aciem admovendam esse putavi- A.C. 1739.  
mus, ut hæresi tot Archidiæceseos  
nostræ locis jamdudum fatali, quæ-  
que per duo sæcula, & ultra, miseret  
meminisse, tam nefande in Provin-  
ciam nostram incubuit, tamque al-  
tas defixit radices, perpetuum indi-  
ceremus bellum, certo autumantes  
exitio proximos fore Principes illos,  
qui Hæreticos impune tolerant, &  
caussam Religionis, quæ prærogata  
sicuti est Reipublicæ vinculum, ita  
neglecta ejusdem dissolutio, parum  
curant, ratique tolerare similes, esse  
in sinu angues sovere. Connivere  
vero ex futuræ conversionis spe, esse  
manifeste Rempublicam concutere,  
& commovere. Suadent hæc prio-  
rum sæculorum monumenta, do-  
cent vero novissima, caussam Religio-  
nis ita esse cum illa status conjunctam,  
ut illa turbata, & hanc turbari, &  
mutari fiat necesse, cadere vero Re-  
gna, & Imperantes, ubi Religione  
illa, hi cura illius deficiunt, traxit  
namque semper & trahet adhuc Rem-  
publicam secum Religio neglecta, aut  
prolapsa; nec enim esse poterit idem  
coercendi Populi frænum, ubi non est  
idem Numinis Amor, idem metus  
idemque cultus, libertatem credendi,

Sæc. XVIII. licentia morum, hanc civium dilectio  
A. C. 1739. dia subsequente. .,

„Quare poulderantes, quod, &  
„spectante Europa tota indictum ce-  
„tamen, in comitatum se exhibentis  
„Cælitum auxiliis, pulsis viginti,  
„amplius millibus Lutheri, aliorum  
„que hæresiarcharum peste simul,  
„exitio involutorum, adhibitisque  
„aliis oppugnandæ hæresi opportuni-  
„mis remediis, decretis, inquisitione  
„bus, & armis, rite perfecerimus,  
„ctoriam subsecutis auspiciis, & statu  
„nostris incrementis, tamen quæ unde-  
„quaque in Provincia Nostra hastens  
„erat disseminata hæresis, continuo re-  
„pullare, & amputatis licet Capitibus  
„novas identidem vires reassumere fel-  
„attentet, seu certo fit attentatum  
„more scilicet superiorum temporum,  
„queis hostes nostri (hæreticos intelli-  
„gimus) latius semper grassabantur,  
„quia duntaxat fugati, deleti nunquam  
„nisi & de remediis folliciti fuerimus,  
„& modicum fermentum tollatur, ne  
„universam maslam reiterato corrom-  
„pat, neve ex levi flammula novi oriae-  
„tur Rogi, Divina Nemesis univerlos  
„puniente propter unicum hæreticum  
„impune toleratum. Hinc est, quod  
„nostro, & majorum nostrorum mala  
„edocti, tuto opinantes indignum esse  
„C.

, Catholicum Principem Sacrilegis im- Sæc. XVIII.  
, „perare, atque expavescentes prænun- A. C. 1739.  
, ciuum illud Divini Numinis oraculum:  
„Quia non custodivisti pactum meum,  
„& præcepta mea, quæ mandavi tibi,  
„scindam Regnum tuum a te, & illud  
„dabo servo tuo, postquam pro pasto-  
„rali sollicitudine nostra diu multum-  
„que exquisivimus, quibus mediis ma-  
„gis: ut hæresis penitus extripetur neve  
„caput saum herculeum futuris tempo-  
„ribus unquam amplius attollat, No-  
„bis, & Ecclesiæ nostræ possit esse con-  
„sultum, unum demum, idque tutissi-  
„mum nobis inspiravit Divinum Nu-  
„men, si nimirum per tot annos, seu  
„aliunde huc evocatos, seu de novo  
„a nobis ablegatos, ad perpetua futura  
„tempora stabiliremus Apostolicos Mis-  
„sionarios, qui incessanter de Præfectura  
„ad Præfecturam, de quarterio ad quar-  
„terium, de loco ad locum, de Domo  
„ad Donum excurrentes, rudes in re-  
„bus Fidei instruant, in hæreticos, vel  
„de hæresi suspectos acriter, & alacriter  
„inquirant, neve dum evellitur ziza-  
„nia, eradicetur triticum, vel ea re-  
„licta, & non evulsa, & hoc degeneret,  
„longa demum experientia addiscant  
„unum ab alio secernere, & segregare,  
„& cognoscant tandem ficta religione  
„piorum mentes ludentes, notosque

Z 3

„ha-

Sæc. XVIII. „habeant, qui alienas, non suas repræ-  
A. C. 1739. „sentantes personas, faciunt, quod no-  
„dicunt, & volunt apparere, quod eis  
„nolunt, experianturque postremo,  
„sibi habeant a nobis persuasum, cit-  
„ubi non eradicatur pestis hujus radu-  
„totam plebem certo certius iteru-  
„iterumque contaminatum iri, quæquo-  
„nos in tanta Pastoralis animi noti-  
„amaritudine sumus proh dolor! ex-  
„perti, & inexpertos Posteros indu-  
„tanter manere.,,

„Quia porro, sicut in hujus cur-  
„partem Sacras Religiones in Archi-  
„diæcesi nostra diu jam stabilitas ero-  
„candas credidimus, ita & æquissimum  
„judicavimus, ut antiquissimo Ordini  
„sancti Benedicti, a quo sicut univer-  
„prope Germaniæ, ita singulariter Pro-  
„vinciæ huic nostræ veræ fidei lumen  
„ante complura jam sæcula, & ad ipsius  
„Archiepiscopatus nostri initia illatum  
„est, atque assiduo tum probitatis, cum  
„& doctrinæ fulgore corruscavit, id pe-  
„storalis officii genus eo demandare  
„mus libentius, quo magis ipsum Se-  
„crum Ordinem, ac præcipue Universi-  
„tatem Nostram eidem commissam, cle-  
„mentissima inclinatione nunquam non  
„prosecuti ad ipsum incessanter sover-  
„dum, & gratiarum nostrarum favori-  
„bus prosequendum tanto provocamus  
„212

„ardentius, quanto frequentius evolvi-  
„mus flores illos honoris, & honestatis Sæc. XVIII.  
„fructus, qui eorum sudore hunc no- A. C. 1739.  
„strum plantationum hortum irrigante,  
„ubertim succreverunt. „

„Noverit eapropter præsens ætas,  
„& futura, quod Venerabilium in Christo  
„honorabilium Nobis dilectorum Ab-  
„batum præfati Universitati Nostræ No-  
„bis per omnia subjectæ Confœderato-  
„rum precibus, operam suam, omnis-  
„que promptitudinis obsequium, non  
„sine nostro solatio, quod ex zelo eo-  
„rum excepimus, offerentium, ac hu-  
„miler supplicantium, ut, & ipsi in  
„societatem tam salutaris hujus Nostri  
„operis admittantur, inque tam gloriosi  
„laboris participium possint venire, cle-  
„menter annuentes, habito desuper  
„Venerabilis Nostri Capituli consilio,  
„decrevimus, prout tenore præsentium  
„auctoritate nostra Archiepiscopali, &  
„Principali decernimus, & statuimus,  
„prærelatis Universitati nostræ Confœ-  
„deratis Abbatibus unam intra Pongo-  
„viæ Montes ex Missionibus nostris per-  
„petuis, sub legibus, & conditionibus  
„infrascriptis, & quidem in loco  
„Schwazzach dicto, committere, per-  
„petuoque firmare: Schwazzachii dici-  
„mus, ut unde mors oriebatur, inde  
„vita resurgeret, & quæ Schwazzachii

Z 4

„per

Sæc. XVIII. „per rustico - hæreticæ seditionis  
A. C. 1739. „mitia vincebat hæresis, ibi quoque  
 „vinceretur. „

His literis Archiepiscopus leges in  
 hac Missione observandas adjunxit ho-  
 jus tenoris:

I. „Propriis eorum sumptibus,  
 „expensis in mox dicto Schwazzach  
 „loco præfati Venerabiles Confoederati  
 „Abbates ædificari curabunt Missionem  
 „Domum, seu Hospitium quatuor Pe-  
 „trum Missionariorum habitationi con-  
 „gruum, & aptum, quatuor nimirus  
 „pro his instructum cubilibus, duobus pro  
 „hospitibus, uno pro infirmis, aliisque  
 „pro famulis, præter Refectorium, cu-  
 „linam cum penu, Cellam vinarium,  
 „aliudque cubile Bibliothecæ inservi-  
 „turum cum hortulo, stabulo, ac fe-  
 „nili, ultra vero ædificium hoc extendi-  
 „ampliari, seu in grandiorem formam  
 „nec extrui, nec redigi possit..“

II. „Ædificabunt pariter expensis,  
 „ut supra, Sacellum, vel Ecclesiam ad  
 „plus tribus Altaribus provisam Be-  
 „tissimæ Virginis sine labe concepte  
 „dicandam, præter Sacrarium necel-  
 „saria supellectili decenter instructam,  
 „summa Florenorum ter mille dotan-  
 „dam. ..

III. „Sustentandis quatuor Patribus  
 „Missionariis, horumque famulis assig-  
 „nare.“

„nabunt Capitale Florenorum triginta <sup>sæc. XVIII.</sup>  
„millium, una cum Ecclesiæ Dote mox A. C. 1739.  
„dicta penes tuta loca ad quincunces  
„usuras, si haberi poterunt, in censu  
„elocandum ab omni decimatione, ste-  
„rura, aliove quocumque excogitabi-  
„onere reali, personali, vel mixto sem-  
„per, & ubique immune.,

IV. „Numerus Missionariorum sit  
„semper, & perpetuis futuris tempori-  
„bus quaternus; ex quibus sæpedicti  
„Venerabiles Abbates unum pro Domo,  
„& Missionis Superiorum modis, & for-  
„mis, quibus hactenus in nominandis  
„Professoribus hujus Universitatis nostræ  
„legitime usi sunt, semper designabunt,  
„designatum vero ante triennii lapsum  
„nonnisi nobis, vel Successoribus nostris  
„annuentibus, amovebunt, & qui qua-  
„ternarius numerus sine expresso nostro  
„Successorumque nostrorum, ac Vene-  
„rabilis Capituli nostri consensu nullis  
„unquam temporibus augeri, nec mi-  
„nui possit.,

V. „Erunt vero quatuor illi Mis-  
„sionarii, vel a summo Pontifice, vel a  
„Sacra Congregatione de Propaganda  
„Fide approbati, id est necessariis ad  
„Missiones Apostolicas privilegiis a san-  
„cta Sede vel ab eo, cui talis delegabitur  
„facultas instructi.,

Sæc. XVIII.

A. C. 1739.

VI. „Præsentabuntur autem nodi  
 „cum primi, cum & his successivis te-  
 „poribus subrogandi forma mox supr-  
 „articulo quarto præscripta, & ubi le-  
 „mel ad Missiones nostras Salisburge-  
 „ses delecti, & ablegati, atque a nobis  
 „recepti, & approbati, integrum me-  
 „moratis Abbatibus haud esto, sive om-  
 „nes, sive singulos a Missionis Domo  
 „& officio removere, nisi ubi primi Pe-  
 „tres primum triennium ex integro ab  
 „solverint; secuturis vero annis, quod  
 „libet Missionarius in individuo lice-  
 „tiam abeundi a Nobis facile obtinebit;  
 „ita tamen, ut subrogatio singulis an-  
 „nis singulariter fiat, eo nimirum ob-  
 „dine observato, ut semper vel uno  
 „falte adsit, qui jam per integrum  
 „triennium Missionarii in Domo præ-  
 „dicta Schwazzachii exercuerit munus  
 „notos habeat subditorum mores, sit in  
 „re Missionum practicus, potisque in-  
 „struere noviter advenientes.“

VII. „Erunt porro in omne ævum  
 „tam Missionarii, cum & Domus Mi-  
 „sionis quoad ea, quæ Missionis munus  
 „concernunt, immediate, & unice no-  
 „stris, nostrorumque Successorum man-  
 „datis, quoad disciplinam Monasticam  
 „vero, atque Domus æconomicam di-  
 „rectiōnem, hujus pro tempore Supe-  
 „riori subjecti, visitatione illius tame-  
 „ante“

„antedictis Abbatibus modis, & for- Sæc. XVIII.  
 „mis, quibus hactenus in visitanda hac A.C. 1739.  
 „nostra Universitate legitime usi sunt,  
 „concessa, nobis de cetero, & Succes-  
 „soribus nostris sine ulla contradictione  
 „præstantes, & omnia ea adimplentes,  
 „ad quæ Regulares juxta præscriptum  
 „Sacri Concilii Tridentini, nostrarum-  
 „que Constitutionum Synodalium, &  
 „Provincialium ordinariis locorum alias  
 „tenantur, sitque salva in hac Missio-  
 „nis Domo, & Missionarios ibidem  
 „existentes, Diaœcesana, & Ordinaria  
 „nostra jurisdictione, necnon jure Prin-  
 „cipatus terræ, & Advocatiæ, sic ve-  
 „ruintamen ut nobis, & Successoribus  
 „nostris duntaxat etiam quoad ista, uti  
 „præmissum, & unice & immediate  
 „semper subjaceant.,,

VIII. „Designamus autem ipsis pri-  
 „vative ad peragendum Missionis Apo-  
 „stolicæ munus integras Præfecturas  
 „ad S Joannem, ad S. Vitum, & Gold-  
 „egg cum Præturis Gastein, Grosarl,  
 „& Wagrain, qua hæ omnes late pa-  
 „tent, quoad temporalem per nos ipsis  
 „Præfectis nostris delegatam jurisdi-  
 „ctionem.,,

IX. „Et in quibus ipsorum Missio-  
 „nariorum officium finis & præcipua,  
 „imo unica cura erit, incessanter de  
 „loco ad locum, & si necesse fuerit vi-  
 „sum

æc. XVIII. „sum, etiam de Domo ad Domum ex-  
A. C. 1739. „currendo, & catechizando, Missioni-  
 „bus continuo vacare, Rudes in Do-  
 „ctrina Christiana instruere, Dubitan-  
 „tes ad veritatis viam reducere, & in  
 „hac confirmare, in hæreticos, vel de-  
 „hæresi suspectos, horum Consultores,  
 „Fautores, Receptatores, librorum  
 „Acatholicorum detentores, vel deter-  
 „torum conscos, & non revelantes,  
 „eos in Provinciam nostram ferentes,  
 „vel intrudentes, eorumque Auxilli-  
 „tores, conscos, seu Participes inqui-  
 „rere, hosque, & alios hujusmodi fa-  
 „rinæ homines Nobis, vel cui per nos  
 „& Successores nostros, demandabi-  
 „tur, sine aliqua personarum accepta-  
 „tione omni seposito humano affectu,  
 „spretisque intercessionibus quibuscum-  
 „que denunciare, Verbum divinum, &  
 „Fidei Dogmata ubivis, & etiam ex-  
 „Cathedra, sic tamen, ut Ordinario-  
 „rum non disturbentur Ecclesiastice  
 „functiones, intra ipsis designatum di-  
 „strictum tradere: Sic & Poenitentie  
 „Sacramentum (sola dempta Confi-  
 „sione Paschali, si locorum Curiones  
 „ultra non annuerent) Sacrosanctam  
 „vero Eucharistiam in proprio, vel tau-  
 „tum Missionis Sacello, alibi vero non-  
 „nisi, quam accidente ipsorum Curio-  
 „num assensu administrare, item ægris,  
 „&

Sæc. XVIII.  
A.C. 1739.

„& moribundis solatium cum auxilio  
„impendere, alioque quocumque Pa-  
„rochiali semper, & ubique excepto.„

X. „Teneantur pariter in vitam,  
„& mores non modo subditorum ipsis  
„quoad Missionis Ministerium commis-  
„sorum, sed & eorum, quibus ipsi sub-  
„diti intra designatum districtum ex  
„demandata a Nobis jurisdictione sub-  
„sunt, sedulo invigilare datoque defectu  
„Religioni directe, vel indirecte per-  
„niciose, si fraterna admonitio non tol-  
„lat, Nobis & Successoribus nostris ad  
„proprias manus deferre.„

XI. „Quapropter præsentabuntur  
„Nobis viri cum scientia, tum & vitæ  
„sanctimonia clari, simplicitatem Co-  
„lumbæ simul, & astutiam serpentis  
„habentes, ut virtute, & fortitudine  
„prædicti valeant disrumpere hominum  
„iniquitates, & bene cordati non ex-  
„timeant faciem potentis, sint justi,  
„incorrupti, integri, suaves, & insi-  
„mul severi, graves, sagaces. cum in  
„Polemica, tum & in his, quæ ad no-  
„titiam promovendæ hæreticalis In-  
„quisitionis conducunt, bene versati,  
„ad labores nati, semper, & ubique  
„inhiantes animarum saluti, pro certo  
„demum aliorum periculis habentes,  
„turbare potius male concessa, quam  
„ut reducantur errabundi hæretici con-  
„viventia, nec flecti, nec emoliri.„

XII.

Sæc. XVIII.

A. C. 1739

XII. „Hinc etiam, & ut vel eom  
 „gis omnis tollatur humani affectu  
 „occasio, vetitum sit Missionariis ipi  
 „a subditis quoad Missionis munus es  
 „subjectis pro Missis, Eleemosynas, va  
 „& de cetero munera aliqua recipere  
 „forent hæc licet esculenta, vel poc  
 „lenta, modici etiamnum valoris, z  
 „que abstinebunt ab omnibus communi  
 „cationibus cum illis, & quibus Mis  
 „sionariis insuper fas haud erit sub quo  
 „cumque excogitando prætextu litera  
 „docere superioris, vel primæ, seu in  
 „ferioris classis, unice Missionis mu  
 „neri intra ipsis designatum districtum  
 „semper incumbentes, quem egressi  
 „haud valeant a Nobis, vel Successo  
 „ribus nostris prævia non habita licen  
 „tia, hac eis verumtamen nonnisi ex  
 „caussa urgente, deneganda.“

XIII. Licet porro Missionem hanc  
 „Benedictinam in sæpe fato loco  
 „Schwazzach in perpetuum stabilire in  
 „tendimus & vigore præsentium stabi  
 „limus privative quoad omnes, quam  
 „cumque privilegiis omnibus, præro  
 „gatibus, & juribus, hactenus per Pre  
 „decessores nostros huic nostræ Uni  
 „versitati concessis, hisce nostris, qua  
 „tenus præmissis, & infra dicendis le  
 „gibus, & conditionibus non repugnant  
 „condecoratam volumus, & illi parifi  
 „catam

Sæc. XVIII.  
A.C. 1739.

„catam declaramus, liberum tamen  
 „semper Nobis, & Successoribus no-  
 „stris esse pronunciamus, alterius etiam  
 „Ordinis Missionarios Apostolicos in  
 „districtum Missioni Benedictinæ supra  
 „designatum ad tempus mittere, ipsos  
 „Missionarios Benedictinos vero alibi,  
 „& extra illum, ad Missionis munus,  
 „& pariter ad tempus tantum ablegare,  
 „fundatione Domus Benedictinæ præ-  
 „missæ semper privative salva, suoque  
 „in robore firma..”

XIV. „Ne vero Patres Missionarii  
 „temporalibus curis impliciti ab Apo-  
 „stolico munere suo impediantur, neve  
 „Sæcularibus graves, & odiosi fiant,  
 „lex fundationis certa, firmaque esto,  
 „nec ipsos, nec Missionis Hospitium,  
 „stabilia bona, vel quæ sub horum no-  
 „mine veniunt, sive per actus inter vi-  
 „vos, sive per ultimam voluntatem in-  
 „tra Provinciam Nostram acquirere,  
 „vel quocumque demum prætextando  
 „titulo acquisita, citra Nostrum, vel  
 „Successorum nostrorum, atque vene-  
 „rabilis nostri Capituli expresso consensu  
 „retinere posse; quod si contra hanc le-  
 „gem futuris unquam temporibus actum  
 „fuerit, in arbitrio Nostro erit, & Suc-  
 „cessorum nostrorum, vel etiam ante  
 „laudati venerabilis Capituli nostri de  
 „bonis ipsis emptis, donatis, relictis,  
 „aliove

Sæc. XVI: I „aliove quocumque titulo, & modo at  
A.C. 1739. „ipsos, vel ad Missionis Domum per-  
„ventis, pro libito, & auctoritate Prin-  
„cipis Terræ, atque in vim legis, pa-  
„ctique præsentis dantis causam fu-  
„dationi, & sine qua hæc neutiquam  
„fuisset concessa, pleno jure disponendi,  
„tollendi, & incamerandi, Domus Se-  
„periore adstricto ad singulis annis re-  
„tiocinia Præsidi, & Assistentibus hu-  
„jus nostræ universitatis, ubi hæc vil-  
„tatur, vel si visitatio non haberetur  
„ejusdem Rectori reddendi, qui Nobis  
„& Successoribus nostris teneantur de-  
„super accuratam dare relationem, &  
„quibus de redditibus, si qui super re-  
„manentes extabunt, fas est, pro ex-  
„gentia, & congruitate disponendi,  
„hosque ubi necessitas vel utilitas ma-  
„gis exegerit, applicandi..,

XV. Ratificamus veruntamen, &  
„approbamus per ipsos venerabiles Ab-  
„bates sub spe clementissimi nostri rati-  
„onis, in supputationem summæ supra pro-  
„Fundatione definitæ Fl 30000. factam  
„pro facilitiori Patrum Missionariorum  
„sustentatione emptionem cuiusdam  
„Prædii in Præfectura nostra Goldegg  
„siti vulgo das Uhrfahrlehen nuncupa-  
„tum cum huic incorporato prædio  
„Letbenfeld dicto, & alterius præmilio  
„adjacentis fundi Fleidten agnominati  
„sub

„sub Præfectura nostra S. Joannis exi- Sæc XVIII.  
„stentis, quæque prædia, et si hæc A. C. 1739.  
„juris directorii Cameræ nostræ esse,  
„omnibusque angariis, & perangariis,  
„steuris, contributionibus, aliisque one-  
„ribus communalibus, sicut alia om-  
„nia prædia rustica hactenus subjecta  
„fuisse, dignoscantur, ex speciali ta-  
„men nostra clementia, & pro singu-  
„lari, quo in S. Benedicti Ordinem fe-  
„rimur, amore & affectu, accedente  
„venerabilis nostri Capituli assensu ab  
„omni dominio directo, aliisque qui-  
„buscumque oneribus, angariis, per-  
„angariis, decimationibus, steuris,  
„contributionibus communalibus, Pro-  
„vincialibus, vel militaribus perpetuis  
„futuris temporibus, ac donec, & us-  
„quequo apud ipsam Missionis Bene-  
„dictinæ Domum permanebunt, deque  
„hujus erunt dominio, & non aliter  
„&c. libera, & immunita penitus de-  
„claramus, & ut libera, & allodialia  
„haberi volumus, & mandamus, ea  
„verumtamen lege, & conditione, ut  
„e contra tam prædia ipsa, quam con-  
„ductores eorum, Coloni, Inquilini,  
„Laboratores, Famuli, & quæcumque  
„alij Personæ Sæculares nulla penitus  
„excepta, quæ in futurum habitabunt,  
„vel operabuntur in prædiis præmemo-  
„ratis, quoad jurisdictionem omnem  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVI.* Aa rum

Sæc. XVIII. „tum Criminalem, cum & civilem,  
 A. C. 1739. „nulla penitus, penitusque dempta,  
„libere jurisdictioni Præfectorum no-  
„strorum, ut in antea subjaceant, quod  
„que etiam ad famulitium laicum ipso  
„rumet Missionariorum, seu Domus Mil  
„sionis claustra fuerit inventus, ab  
„intra vero sic, ut facta in Civilibus,  
„vel Criminalibus causam poenam San  
„guinis non inferentibus, urbana apud  
„Superiorem Missionis Domus requili  
„tione hic comparitionem personalem  
„coram judice Sæculari, Laicis sibi  
„Domui Missionis, vel Missionariis fa  
„mulantibus demandare. Si vero ali  
„quis ex ipsis intra dictæ Domus claustra  
„moreretur, obsignationem, & Inven  
„tarium Curiæ Sæculari sine contra  
„dictione aliqua, cumulative cum ipso  
„Domus Superiore permettere sit ob  
„strictus..”

XVI. „Quod si finaliter sæpe relati  
 „Venerabiles confoederati Abbates, eo  
 „rum Ordo, Missionis Domus, vel &  
 „Missionarii ipsi, hujus Universitatis  
 „nostræ Præside, & Assistantibus scien  
 „tibus, & absque mora non obstante  
 „bus perpetuis futuris temporibus ad  
 „versus prædictas leges, conditiones, &  
 „pacta quidquam sive per se, vel per  
 „alios per recursum, vel per aliam quam  
 „cumque viam, quæ posset excogitari,  
 „de

„de facto, vel de jure attentare. sa- Sæc. XVIII.  
 „lubremve hanc intentionem nostram A. C. 1739.  
 „invertere, modificare, vel aliter huic  
 „quoque demum modo derogare præ-  
 „sumperint, aut vero in adimplendis  
 „ex aſſe omnibus præscriptis negligen-  
 „tes, incurii ſegnesve forent futuri, no-  
 „verint illi Omnipotenti Deo, Nobis,  
 „Successoribus nostris, & venerabili  
 „noſtro Capitulo strictissimam rationem  
 „redituros, ſequi indignationem no-  
 „stram, Successorum noſtrorum, & præ-  
 „fati Venerabilis noſtri Capituli incur-  
 „ſuros, ſine quorum, & hujus expreſſo  
 „aſſensu, præmiſis legibus, pactis, &  
 „conditionibus, nemo quacumque e-  
 „tiam auctoritate præfulgeat, unquam  
 „poterit derogare, ſiquidem derogatio-  
 „nem aliquam, modificationem, vel  
 „commutationem hujus piæ intentionis  
 „noſtræ non impetrandi, aut aliter per-  
 „fere, vel alios quidquam in contra-  
 „rium unquam attentandi; quin potius  
 „vero prædicta omnia, & ſingula per-  
 „petuis futuris temporibus pro poſſe eo-  
 „rum fideliter, & jugiter adimplendi,  
 „Præſes, & Aſſistentes ſæpedictæ Uni-  
 „verſitatis noſtræ, proprio, & omnium  
 „coſſederatorum venerabilium Abba-  
 „tum nomine datis in id, & nobis ex-  
 „traditis ſolembibus Reversalibus, bona  
 „ſide promiferunt. „

Aa 2,

Quo-

Sæc. XVIII. Quoniam vero jam Anno 1735. die  
A. C. 1739. decima sexta Novembris Anna Theræ

Glickin Christophori Archiepiscopalis  
Cameræ Secretarii vidua pro Apo-  
licæ Missionis intra Montana fundatione  
duodecies mille sexcentos florenos  
PP. Franciscanis legasset, eisque Jo-  
phus Trauner Taxenbacensis Præfector  
cum consensu Martini Abbatis Michaelis  
Burani Ord. S. Benedicti, utpote Do-  
mini directi pro augenda Missione in  
Pinzgaia congruum locum donant,  
hinc Archiepiscopus utramque dona-  
tionem ratam habuit, hisque Patri-  
bus die decima septima Februarii Anno  
1736. sequentes præscripsit leges.

I. „Apostolicum Missionis officium  
„intra terminos jam diu sibi præfixos,  
„videlicet in Præfecturis, ac Satrapis  
„Zeilæ Pinzgoviensis, Taxenbaci, &  
„Raurii, qua late in temporalibus le-  
„tendunt, obire teneantur, ultra  
„dos vero citra nostrum, & nostrorum  
„in Archiepiscopatu Successorum præ-  
„scitam, & consensum nullatenus pro-  
„gredi eis liceat..

II. „Domum Missionis una cum Sa-  
„cello, vel Ecclesia (cui de omni ne-  
„cessaria suppellectili, luminibus, &  
„vino ad Sacrificium providere eisdem  
„incumbit) conformiter fundationi Gli-  
„ckianæ, in amplitudine moderata pro-  
„sub

„subsistentia Missionariorum quanto ci-  
 „Sæc. XVIII.  
 „tius, & talem in formam extrui pro- A. C. 1739.  
 „curent, ut illud ædificium pro qua-  
 „tuor Patrum Missionariorum, & unius  
 „Fratris Laici incolatu accommodum,  
 „ac præterea duabus Cameris pro Pro-  
 „vinciali, vel Hospitibus, necnon Re-  
 „sectoriolo, culina, cella vinaria, &  
 „penuaria, unacum Bibliotheca, po-  
 „mario, & lignili, juxta ideam præ-  
 „sentatam, competenter instructum,  
 „amplius, nec ipsum, nec Ecclesia, pos-  
 „sit dilatari, siquidem..”

III. „Numerus Patrum Missionario-  
 „rum cum Superiore (cujus institutio  
 „P. Provinciali competit) inclusive  
 „quovis tempore indispensabiliter in  
 „quatuor Personis consistat, ita ut iste  
 „numerus absque nostro, vel nostrorum  
 „Successorum præscitu, & licentia, in-  
 „super expresso consensu nostri venera-  
 „bilis Capituli Metropolitici perpetuis  
 „temporibus nullatenus imminui, multo  
 „minus augeri valeat. Qui proinde,

IV. Nobis, nostrisque in Archiepi-  
 „scopatu Successoribus singuli a Patre  
 „Provinciali nominandi, ac præsen-  
 „tandi sunt; facta autem semel appro-  
 „batione nostra, non aliter ab eo pot-  
 „erunt revocari, & mutari, quin sal-  
 „tem unus iporum, qui munus Millio-  
 „nis ad biennium obierit, sitque in eo

Aa 3 „suf-

Sæc. XVIII. „sufficienter exercitatus, & expertus,  
 A. C. 1739. „ac per consequens Neoadventantium  
instructioni, & manuductioni aptus,  
 „in Hospitio Missionis quovis tempore  
 „persistat, & inveniatur, propterea,

V. „Supradicti PP. Missionarii ab  
 „instanti susceptionis, & allegationis  
 „suæ durante Missionis officio in pre-  
 „assignatis dynastiis, solummodo No-  
 „bis, & nostris in Archiepiscopatu Suci-  
 „cessoribus immediate subjecti existant:  
 „Sic tamen, ut tam eorum personalis,  
 „quam localis, seu Domus ipsiusmetu-  
 „directio, sicut, & consueta visitatio  
 „P. Provinciali reservata, & illæsa per-  
 „maneat. Quod autem ipsum Mis-  
 „sionis officium concernit, iidem

VI. „Missionarii proprio, ut deceat,  
 „animarum zelo afflati summo, ac it-  
 „remissibili studio connitentur turmatim  
 „vel in casu exigentiæ etiam ostiatim  
 „circumeundo commissum sibi munus  
 „Apostolicum ita peragant, ut instru-  
 „ctione, hortatu, & exhortatione conti-  
 „nua ignorantes, quæ sunt Fidei Ca-  
 „tholicæ, edoceantur, ancipites in  
 „viam regiam educantur, infirmi con-  
 „fortentur, fortes autem ad perfectio-  
 „nem Christianam magis, magisque  
 „accendantur. Insuper singulari studio  
 „explorare satagent, qualesnam Personæ  
 „sui districtus de Fide suspectæ evale-  
 „rint,

„rint, & quinam earum Receptato- Sæc. XVIII.  
 „res, Fautores, quocumque modo Au- A.C. 1739.  
 „xiliatores existant. Ubinam locorum  
 „libri hæretici, vel ex antiquo reservati,  
 „vel de novo introducti habeantur. Item  
 „quis istorum, vel alterius eorum no-  
 „titiam, aut partem habeat. Cujus-  
 „modi pestilentes homines, ipsorum-  
 „que Fautores, vel Nobis, vel nostræ  
 „in caussa Religionis erectæ secretæ  
 „deputationi tempestive denunciandi,  
 „& quæcumque ad formandum, vel finien-  
 „dum Processum hæreticalem necessa-  
 „ria, ferventius assumenda, & produ-  
 „cenda sunt. Insuper Verbum Dei, &  
 „Doctrinam Catholico - Christianam per  
 „omnia loca sui districtus (sine impe-  
 „dimento tamen officiorum Ecclesiasti-  
 „corum Ordinariorum) Populo etiam ex  
 „Cathedra articulate, & intelligibiliter  
 „proponant, Confessiones excipiant,  
 „Sacram Communionem tamen in sola  
 „Ecclesia suæ Missionis, extra illam  
 „vero nonnisi de licentia Pastoris Or-  
 „dinarii distribuant. Paschali ibidem  
 „tempore omnes sui districtus subditos  
 „pro Confessione, ac Communione ad  
 „Ordinarios suos Curatos indistincte,  
 „& sine exceptione remittant. Præ-  
 „terea Infirmos sæpius invitant, ac so-  
 „latio reficiant, moribundis quoque  
 „(absque usurpatione tamen juris Pa-

A a 4 „ro-

Sæc. XVIII. „rochialis, vel Sepulturæ) Christian  
 A. C. 1739. „charitate assistant, ac demum iu his  
 „aliisque articulis Apostolicum Missionis  
 „munus secundum essentiam, & pro  
 „prietatem suam indefesse adimpleant  
 „Præsertim vero vigilanti oculo, & a  
 „curata attentione hinc inde observe  
 „actiones, subditorum non minus, &  
 „eorum, quibus illi a Nobis sunt concu  
 „diti; & siquidem nonnullos defectus  
 „vel errores deprehenderint, qui Rel  
 „gioni quoquo modo seu mediate se  
 „immediate contrariantur, defectuose  
 „paterna admonitione retrahant, hinc  
 „vero non proficiente. Nobis, vel no  
 „stris Successoribus absque acceptio  
 „personarum ad proprias manus tran  
 „scribant. Quemadmodum e contu  
 „nostrum Decanum Ruralem ad id in  
 „strui curabimus, quatenus similiter no  
 „vigilet, & jugiter observet, an ei  
 „parte sæpedictorum PP. Missionario  
 „rum, injunctum Missionis officium ne  
 „tegre impleatur, & in hoc fundationis  
 „instrumento præscriptæ conditiones  
 „punctatim opere exhibeantur: Utque  
 „is, contrario præter spem emergente  
 „quoties necessarium videbitur, P. S.  
 „periorem eo tempore existentem de  
 „super commoneat, hacque benigna  
 „monitione nihil proficiente notatos de  
 „fectus Nobis, nostrisque Successoribus

+ A

„debita denunciet, ceteroquin tam ipse Sæc. XVIII;  
 „Decanus, aliique nostri illic locorum A. C. 1739.  
 „expositi Curati, quam iidem Missio-  
 „narii nullo unquam tempore obli-  
 „scetur, mutua intelligentia, & bona  
 „harmonia unus alterum juvare, &  
 „communi zelo Religionis incremen-  
 „tum cum larga usura animarum pro-  
 „movere. Quem in finem

VII. „Iterato mentionatus P. Pro-  
 „vincialis singulari cura providebit ad  
 „grave hoc Missionis officium viros ex-  
 „quisitæ pietatis, Doctrinæ, & pru-  
 „dentiae feligere, ac Nobis præsentare,  
 „qui simul cordati, spectabiles, seriosi,  
 „religiositate pleni, ac ita bene im-  
 „buti, ut prudentiam serpentinam cum  
 „columbina simplicitate optime scientes  
 „adunare, imposito muneri omnino pa-  
 „res existant. Insuper in Polemicis ver-  
 „sati eorum ad minus, quæ ad inqui-  
 „sitionem hæreticæ pravitatis exigun-  
 „tur, satis experti; præfertim etiam a  
 „Sede Apostolica, seu a Congregatione  
 „de Propaganda Fide potestate Missio-  
 „narii Apostolici provisi, ac denique  
 „patriotici idiomatici bene periti inve-  
 „niantur. Porro

VIII. „Ut iidem Missionarii subditis  
 „nulla ratione obstricti, nec aliis one-  
 „rosi, consequenter apud omnes in eo  
 „majori veneratione, ac respectu ha-

Aa 5 „bean-

Sæc. XVIII. „beantur, eleemosynam pro lectione  
A. C. 1739. „Sacrorum nullam unquam recipient  
„similiter ab omni collectura ( quæ u  
„men Collectoribus alias ibidem co  
„suetis inviolata permaneat ) intra pre  
„fixos suæ Missionis fines abstinebunt  
„illis contenti, quæ per homines se  
„fectionatos irrequisite ex proprio motu  
„& voluntate ad portam afferentur  
„Quod tamen ad eorum locorum cur  
„tos non extendendum casu, quo illi  
„Missionariis, Sacra quædam legendi  
„relinquere, & propterea S. Eleemosyn  
„nam porrigerere voluerint. „

IX. „Prohibetur iisdem Missionariis  
„ne citra facultatem a Nobis expedit  
„tam ( quam tamen nisi ex gravi con  
„sideratione haud facile denegabimus )  
„extra assignatum districtum quavis ex  
„caufa se conferant, vel absentent.  
„E contrario,

X. „Liberum sit Nobis, ac nostris  
„in Archiepiscopatu Successoribus qua  
„vis vice alios cujuscumque Ordinis  
„Missionarios Zellam, Taxenbacum, &  
„in Rauris, & vicissim eosdem PP. Mi  
„niores Ordinis S. Francisci ad alias  
„Præfecturas, & Satrapias nostra  
„Archidiæcessis, verumtamen hoc, il  
„ludve ad tempus solummodo, non vero  
„in perpetuum, in caufa Missionis de  
„stinare, Quemadmodum etiam

IX.

XXXII  
lectione  
cipient  
qua ta  
m con  
ra pra  
ebe  
nes a  
o mod  
rentur  
n con  
quo ill  
egend  
emoij  
onariis  
expeti  
i con  
optimus  
vis ex  
tentent.  
nostris  
s qua  
ordinis  
im, &  
P.M.  
alias  
nostra  
c, il  
vero  
is de  
IX.

IX. „In omnem eventum, quo su- Sæc. XVIII.  
„per vero intellectu unius, alteriusve A.C. 1739.  
„puncti, vel ordinationis ex præfatis  
„quocumque tempore futaro dubietas,  
„vel error exurgeret, eisdem judicia-  
„lem interpretationem dare. Nobis,  
„nostrisque in Archiepiscopatu Successo-  
„foribus omnimodo reservatum volu-  
„mus. „

### §. XV.

*Novæ hæ Missiones, earumque sta-  
tuta a Clemente XII. Pontifice  
confirmata.*

Postquam hæ Missiones, earumque  
leges, ac fundationes ab ipso quo-  
que Cathedrali Capitulo Salisburgensi  
subscriptæ ac confirmatae fuerant, ipse  
met Princeps Archiepiscopus cuncta  
haec in rem acta & conclusa Romam  
transmisit, eaque ad majus robur au-  
toritate Apostolica firmari petiit. Piis  
hunc votis Clemens Pontifex lubentissimo  
animo annuens, die duodecima  
Januarii hoc anno ad præfatum Archi-  
præsulem sequentes dedit literas harum  
Missionum confirmatorias:

„Pastorum Princeps Jesus Christus,  
„cujus suprema in Catholicæ Ecclesiæ  
„procuratione vices per ineffabile di-  
„vinæ providentiæ consilium infirmitati  
„No-

